

## Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE IN ||  
PRAECIPVIS ET ALIIS TOTIVS || anni festis diebus populo  
in Ecclesia proponi || solent, è ...**

**Prieele, Gilles vanden**

**Parisiis, 1566**

**IN FERIIS DIVI ANDREAE APOSTOLI Epistola ad Rom. 10.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



# IN FERIIS DIVI

ANDREAE APOSTOLI

Epistola ad Rom. 10.

*Corde creditur ad iustitiam, &c. Finis Epistole, & in fines orbis terre verba eorum.*

ERICOPAE apta, hoc est, partialis amputatio totius orationis ad memoriam Apostolici ministerij. Nam & quibus, & quid prædicarint, pulchrè ex hoc loco intelligitur. Prædicarunt omnibus, & cum primis gentibus, cū Iudæi nolent, Act. 13. Prædicarunt autem taliberrimā atque sempernam pacem. Porro, ut iuxta Pauli ordinē procedamus, agit ille de vocatione Gentium, gentes etiā pertinere ad regnum Christi, & participatum Euangeli. Idque Proponit: *Non est distinctio Iudei & Greci, æquè admittuntur ad salutem, & utrisq; prædicandum Euangeliū.* Quia non est deus Iudæorum tantum, sed & Gentium. Rōm. 3. Probat hanc propositionem, Primò, A cōmuni dei in omnes potestate, de qua etiam Rōm. 3. Vnus omniū dominus, id est, omnes eius sumus: igitur omniū rationē habet, omnibus dominatur. Ergo ab omnibus agnoscendus & colendus. Omnis qui fudit illi, non pudebit, dicit scriptura, Isa. 28. Item Ecclesiastici 2. Respicie filij Deo qui s̄ nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in dō dit, non p̄t. mino, & confusus est. Quis enim permanuit in mandatis deficeret eius, & derelictus est? Quin potius (vt Ieremias ad dominum loquens ait, cap. 17.) omnes qui ipsum derelinquent, eōfundentur. Et rursus alius Prophetæ, Confutat

Apostoli  
quibus pri-  
mū prædi-  
carunt.

Rōm. 3.

A

I N F E R I S

*Misericor-  
dia Dei cō-  
mendatur à  
beneficētia.*

*Deus diues  
in omnes.*

dantur omnes, inquit, qui adorant sculptilia. Secundò probat ab exposita dei erga omnes misericordia, ne quis potestatem modò generalem esse putet. Cōmentat autem dei misericordiam, Primò ab exuberāte sua beneficētia: *Dives est in omnes*, sicut etiam ait ad Ephes. 2., largiendo scilicet & iuuando: quod vel corporales eius benedictiōnes satis docent, quas cūm ita passim fundat, non est cōsentaneum à spiritualibus, & præsertim noui testamēti bonis eū gentes iam excludere. *Dives*, inquā, est in donis fortunā, in donis veniā, in donis gratiā, & in donis gloriā. Psal Gloria, inquit, & diuitiā in domo eius. Iac. 1. Dat omnibus affluenter, & non improperat. Omne datum optimum & donum perfectum deservit descendens, &c. Quām diues sit in misericordia, videtur etiam Matth. 18. & Luc. 15.

*Ab inuoca-  
tione.*

Deinde cōmendat eam à facillimo consequendi modo, qui est inuocatio, diues est in inuocantes. *Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit*. Iocl. 2. A ct. 2. Spectat ergo non Iudæos tantum velut doctos, puros, operatos, sed in genere, quōquot eagent, petunt, fidunt, quales etiā inter gentes, & cōplures quidem deprehendit, inter quos nō ex minimis fuit Eunuchus ille A ct. 8, qui interrogāti Philippo, num crederet, respondit. Credo filium dei esse Iesum Christū. Et descendēt uterque in aquam Philippus & Eunuchus, & baptizauit eum.

*Ab amplis  
sumis dei pro-  
missione.*

Commendat insuper eandem dei misericordiam ab amplissima dei promissione, quam expressè facit cūctis inuocantibus, sicut Iosel docet, qui aperte tollit, quicquid fuit aut impedimenti aut discriminis inter gentes & Iudeos, Quod clarè reuelatum fuit B. Petro in linteo de cælo in terram submissio, A ct. 10, &c.

Atque istæ quidem rationes, ut de deo Patre, sic de filio quoque possunt intelligi. Nam dominus omnium constitutus est, non Iudæorum tantum.

*Matth. 11. omnis abundanter fudit, omnes item ad se vocat.*

*Domini in  
nomine ex-  
audimur.*

Ipsum nomen domini est, in quo exaudimur, Joan. 16. Ipsum item medium in quo omnes exequantur, omnes admittuntur, Joan. 10. & 14. 1. Timoth. 2.

3 Probat eandem à coniunctis illis: Primò inuocatio-

DIVI ANDREAE.

ne & predicatione, nam ex eo quod promissio generalis est, ut modò dictum, infert Paulus prædicationem quoque generalem esse oportere: idque hac gradatione: nemo inuocabit, nisi credat: nemo audiet, nisi audiat: nemo audiet, nisi prædicetur. Ergo ut iuxta promissionem omnes possint inuocare, omnibus etiam prædicandum.

Deinde missione & prædicatione, nam cum prædicatione à missione hinc pendeat, missio verò ad gentes quoque destinata sit, conciluit Paulus, prædicationem quoque eis hinc deberi: atque eo refert locum Esaiæ, 52. Naum. I. quem ad gentes quoque pertinere satis ea quæ sequuntur ibi, docent. Utinam hæc attendant Ecclesiarum Episcopi consecrati, qui dum ad exteris & barbaras regiones cum Euangelico volumine & baculo destinantur, interim domi remanent desides: & pertimescant ne sanguis illarum ouium extremo in examine de manibus eorum requiratur.

Porro singula ista argumenta sicut propositionē probant, sic permulta simul docent. Dicis hinc:

1 Quām moderatè, quām amanter inter nos viuendū.

Ad modestiam hinc horitur Paulus, Ephes. 6. cū de seruis agit, d. Serui obedite dominis vestris carnalibus cū timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo, nō ad oculū seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi facientes voluntatem dei ex animo, cū bona voluntate seruientes sicut domino, & non hominibus. Scientes quoniā unusquisque quodcumque fecerit bonū, hoc recipiet à domino, siue seruus siue liber. Et vos domini, eadem facite illis, remittētes minas, scientes quod illorū & vester dominus est in cælis: & personarū acceptio non est apud eum. Ad charitatem. I.

Timoth. 2. cū de precibus agit. Obscro, inquit, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, &c.

2 Quām magnificè cū de generali dei prouidentia, tum de singulari eius acceptatione sentiendū. Quod ad illā viuimus ex plenissima benignissimāque dei manu, Psalm. 104. Quo ad hanc exuberat dei gratia supra omnem peccatorum molem, modò illam fide apprehendas, Romanorum quinto, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.

Predicatio  
à missione  
pendet.

Ezech. 33.

I N F E R I I S

3 Quæ verissima omnis nostræ sit penuriae causa, quæque vera ditescendi ratio, Illic obstat precum intermis-  
fio, Iacob. 4. Hic profuerit nobis frequens & legitimus earundem usus, Matræ septimo. Petere & accipietis.

*Fidei et pre-  
cationis co-  
gnatio.* 4 Quanta fidei & precationis sit cognatio, cùm quod paulo iúpra fidei, hic precationi ascribatur. Itē quæ ve-

rissima inuocandi ratio, nempe, quæ ad verū deum iux-  
ta eius normam instituitur, nam vtrumque horum no-

men dei exigit. 1. Ioan. 3. & 5.

5 Inuocationem naturaliter comitari fidem, nec de-  
beri vlli, nisi cui & fides debeatur, id est, soli deo, Mat. 4.

6 Fidem non complecti sensa nostræ rationis. Heb. 11.  
neque subiici magisterio rationis. 1. Corint. 2. sed com-  
plete documenta verbi dei, cui & soli subest, & audi-  
tu eius comparatur, non natura nobis ineft.

7 Auditum non internum & occultum hic intelligi,  
sed externum, atque ideo esse sumnum usum prædica-  
tionis, simul verò diligenter attendendum, quid vel au-  
diatur vel dicatur, nam pro verbi ratione comparatur  
quoque vel humana vel diuina fides.

*Predicatio  
Dei legatio.* 8 Prædicationem agnoscēdam esse pro legatione dei,  
2. Corint. 5. Pro Christo legatione fungimur, &c. Et vi-  
cissim hanc testandam esse prædicatione, Matth. 28 In  
illo populus, hoc ministri sàpe peccant, & cum primis  
Pontifici, canes muti non valentes latrare, Isa. 9.

9 Discimus quòd ad Esaiæ testimonium, 1. Splendi-  
dissimum esse ordinem ministrorum verbi. 2. Sed humili-  
lum simul esse, nempe, viatorium, Marc. 16. Ioan. 15.

3 Cursum ministrorū ad docendam pacē dirigi opor-  
tere. Matth. 10. Luc. 10. 4. Et verissimam esse pacem eā,  
de qua Euangelium & ministri eius sonant.

Hæc in hisce verbis de vocatione gentium, nostrum  
fuerit, vt qui gentes fuimus, gratiam hanc agnoscere, &  
prædicationem verbi colere, vtque semper vigeat mis-  
sionem dei flagitare, quo per veram fidem, crebram in-  
vocationem, & cælesti pace & æterna gloria certò tan-  
dem potiamur, Amen.

E P I L O G V S.

I Ratio iustificationis & regenerationis hic exponitur, que à  
fide non à ceremoniis dependet, cùm spiritus Dei homini concedet.

## DIVI ANDRE AE.

<sup>3</sup>  
tar, ut sis am carnem mortificet, desistit à prava consuetudine, dis-  
plicant et ea que Deo aduersantur, nam illa mortificatione nasci-  
tur desiderium, ut vivamus iuxta voluntatem Dei: Corde credi-  
mus ad iustitiam, ore confitemur ad salutem etiam aliorum.

2 Communis ordo Dei est ut fides sit ex auditu, auditus per ver-  
bum Dei. Suscipientes ergo verbū & spiritum, in nobis fidem ope-  
rante, ita ut vitā cupiamus emēdere signū est noue regenerationis.

3 Decori sunt pedes Euangelizantium pacem, euangelizantium  
bona, & tamen raritas est credentium Euangelio, Angustia porta  
& strīcta via que adducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt  
illam, Matth. 7. Hinc horrendum indicium manet mundum, qui  
spiritum veritatis non vult capere.

IN FERIIS EIVSDEM APO-  
STOLI EVANGELIVM.

In illo tempore. Ambulans Iesus iuxta mare Matth. 4.  
Galilæa, &c. Finis Euangeliū, Illi autem statim Marc. 1.  
relictis retribus & patre, secuti sunt eum. Luc. 5.

**H**O C Euangeliō proponuntur nobis tres  
doctrinæ.

i Charitatis, in Christo, qui ambulabat iuxta mare Galilæa. Est autem consideran-  
dum, nō casu aut fortuitō Christum illac ambulasse: sed  
secundum æternū suum propositū, quos ad suam gloriā,  
& Ecclesiā, & Apostolicam dignitatē æterna sua præde-  
stinatione præordinauerat, tuoc ambulando iuxta mare  
Galilæa quæsiuisse: cuius rei meminit Apost. Ephes. 1. E-  
legit nos, inquit, in ipso ante mundi cōstitutionem, &c.

Hinc docemur, Andream & Petrum quanuis ad vitā  
æternam prædestinatos ac præordinatos, nunquam ta-  
men Christū solis suis viribus quæsiuisse, neque agno-  
uisse. Sed Christus ipsos quæsiuit, ad ipsos prior accel-  
lit, ipsis cognoscendū se præbuit, & iisdem vnde ipsum  
cognoscerēt dedit, iuxta illud, Isa. 65. Palam apparui iis,  
qui me non interrogabant: inuentus sum à nō queren-  
tibus me. Luke. 10. Nemo scit quis sit filius, nisi Pater:  
& quis sit Pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.  
Item Ioā. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus  
axerit eum. Matthæi 11. Nemo nouit filiū nisi Pater:

A iiij

INFERIIS

neque Patrē quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius  
reuelare. Paul. Roman. 9. Non est volentis neque cur-  
rentis, sed miseren̄tis Dei. & Luca: octauo, Vobis datum  
est nosse mysterium regni Dei . vbi considerandum est  
verbum illud datum : magnam enim emphasim haber,  
nisi datum fuisset , nunquam agnouissent.

Sciamus hinc nos itidem Christum non quæsiuisse, neque inuenisse: sed ab ipso nos vocatos fuisse & quæsitos ut perditos, inuentos ut errantes. Tantum igitur beneficium, & tantâ gratiâ admirantes, dicamus cum Paulo, O altitudo diuinitarum sapietie, & sciëtia Dei. Ro. 11

Vidit duos fratres, Petrum & Andream mittentes rete in mare. Est autem hic considerandum Christum non vidisse illos duos fratres, sicut cæteri homines videt: nec vidisse illos, sicut viderat Pilatum, Annam, Caipham, ac reliquos suos crucifixores. nam in hoc loco, & aliis quibusdam scripturæ sacræ, videre dei idem est, atque Iesum corda hominum mouere, suāmque gratiā impertiri. de qua Sap. 4. dicitur, Gratia dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Sic vidit & respexit quamplurimos, Matthæum in telonio, Matth. 9. Zachæum in arbore, Luc. 19. Nathenaëlem sub sicu, Ioan. 1. latrone in cruce, Luc. 23. Peccatricem in conuiuio, Luc. 7. & hos discipulos in piscatura ut sequerentur. Nec est in tuitus ille Christi, simplex aliqua hominum cognitio, sed est interioris cordis dulcissima & efficacissima pene tratio, quæ tangit & vulnerat, carnem, ossa, medullam, sanguinem, animam, spiritum, cor, præcordia & omnia interiora cōmouet, & ad dei amorem incitat, ad fidem trahit, ad obedientiam format, ad Christum sequendum inducit, ad omnia propter eundem contemnenda promptos facit, hoc olim patuit in Prophetis. nam ita puerū citharecum vidit & Psalmistam eum fecit. Sic armenarium Amos sycomoros yellicantem vidit, & prophetam eū fecit. Sic puerum Danielem, abstinentem vidit, & cum iudicem senum constituit. Hoc idem cōstat hic ex Apostolis. Nam ita eos vidit, ut suo diuino visu eorum mentes illustrauerit, ut in ipsum credarent: voluntatem ita instantiauit, ut ipsum amauerint: animum ita perfecit, ut ad ipsum mox sequendum promptos fecerit.

*Videre dei,  
quid.*

*Intuitus  
Christi,  
quid.*

1822. 61. Petri  
prost abusus.

hinc Job. 10. Nónne oculi carni tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu vides? Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, Cantic. 4. Item Job. 40. In oculis eius quasi hamo capiet eum. Oremus Christum, ut ita his oculis nos videat, ut corda nostra vulneret suo visu, sūisque oculis quasi hamo nos capiat, atque ad se sequendū amandūmque commoueat: sicut vidēndo hos commouuit apostolos, dicentes hoc Psalmographi, Aspice in me domine & miserere mei.

*Videt eos mittentes rete in mare.* Fuit hæc piscatio magna & Christi pī-  
eximia operis illius significatio, ad quod ministerio eo-  
rū vt voluit dominus. Sicut enim in stagno iam hic eii-  
ciebant retia ad capiendos pisces in perniciē, ita voluit  
quoque eos rete verbi diuinī & sermonis sancti ex va- *Rete Euān-*  
riis scripturarū locis hinc inde contextū eicere in mare *gelicum.*  
mūdi huius ad capiendos homines in salutem. Fuit hæc  
piscatio longè antē prædicta à domino per Ieremiam  
16. cap. Mittam pescatores multos, & pescabuntur eos, &  
homines appellatione pescium intelligi prædictum fuit  
Abac. 1. Facies homines quasi pisces maris.

*Eran enim pescatores,* labore victū querētes, iuxta illud  
Genes. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Laudabile  
imo beatū est de proprio labore viuere, dicente ni- *Beatum de*  
mirum Psalm. 127. Labores manuum tuarū quia man- *proprio labo*  
ducabis, beatus es & bene tibi erit, sed ve illis qui bonis *re viuere.*  
iniquè partis viuunt in diem tanquā fruges consumere  
nati, qui carnem pauperum deuorant & sanguinem bi-  
bunt. Ecclesiastici 13. Bona est substantia, cui nō est pec-  
catum in conscientia. Cum illis iudicio contendet do-  
minus, in quorum oris vestimentorum inuentus fuerit  
sanguis animarum pauperum, & innocentium. *Ierem. 2.*

*Vocavit eos dicens, Venite post me: faciam vos fieri pescatores* *Vocatio dei*  
*hominum.* Est autem considerandum, vocationem dei es *duplex, gene-*  
*se duplē, generalem ad Ecclesiam, de qua Genes. 3. ralis & spe-*  
*In sudore vultus tui vesceris pane tuo: & Matth. 11. Ve- cialis.*  
nite ad me omnes, &c. Hæc vocatio ad omnes pertinet,  
quia omnes vocat Deus ad operandum in sudore vul-  
tus sui, non ad otiandum. Et specialem siue singularem ad  
dignitatem, de qua Math. 4. Marc. 1. & Ioan. 1. Hæc vo-  
cacio ad eos tantum pertinet, qui ad vitam & dignita-

IN FERIS

tem præordinati sunt.

Est autem vocatio iterum duplex. simplex. De hac iam egimus. Et secundum propositum. de hac loquitur Paulus Rom. 8. Is qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ephes. 1. Secundum propositum voluntatis sua.

Vocantur enim quidam immediate a Deo: vt Prophetæ & Apostoli. Quidam per media: vt discipuli Prophetarum & Apostolorum. Quidam neque a Deo, neque ab hominibus: vt Pseudoprophetæ, Lutherani, Brentiani, Anabaptistæ, Sacramentarij, & Caluinistæ, de quibus Ierem. 23, agitur.

*Indoctos  
per vocatio-  
nem,*

Vocauit autem Christus hos & alios simplices ac indoctos, propter tres causas. 1. Ut potentia Dei vniuerso mundo innotesceret, & ne fides credentium non virtute Dei, sed eloquentia atque sapientia humana fieri putaretur. Euangelium Dei virtus est, ait Apost. Rom. 1. in salutem omni credenti, qui loqui fecit asinam Ballam, Numer. 22. Hic quoque facit linguis infantium disertas, Sapien. 10.

*Episcoporum  
et pastorum e-  
lectio penes  
quos.*

2. Ne quis existimaret Deum respicere personas, aut diuitias, nobilitatem, potentiam, &c. Act. 10. Roman. 2. Coloss. 3. & Iaco. 1. Ut discant hic penes quos est electio Episcoporum, Praepositorum, Pastorum, &c. ne ita temere perfornarum tantum habito respectu, diutes, potentes & nobiles plebis praeficiantur: aut venatoribus suis, aucupibus & culinariis sacerdotia conferant, nihil aut certe parum attendentes doctrinam, eruditioem, morum probitatem, ceteraque ad huiusmodi functiones pertinentiam, contemptis & neglectis interim dignioribus, melioribus, magisque idoneis, quod nunc prohdol, in magna Christianismi parte factum cernimus, unde vix dici potest quantum detrimenti, fidei nostræ, & Ecclesiæ sanctæ accederit. Consultissime Mosen fecisse legimus, iuxta consilium Iethro, Exod. 18. dicentes: Provide de omni plebe viros sapientes & timetes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitue ex eis tribunos, centuriones, quinquagenarios & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minorantur iudicent, &c.

3 Quo facilius & promptius homines sequerentur, maxime rudes & simplices. Nam docti, diuites ac nobiles non ita facilè veniunt, sicut patet Matth. 22. & 19. Luc. 14. Hinc Apostolus ait. i. Corinth. i. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, &c.

Venite post me, ait, significans nimirum omnes animarum curatores ipsum sequi debere, ut quisque eorum regem cū ipso Iob. 23. dicere posset, Vestigia eius sequutus est pes meus, viam eius custodii, & non declinavi ex ea, qui debent. &c. Talis sequitor fuit Paulus, qui & alios ad secundum illum cohortatus est. i. Corinthio. 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Venite, inquit, post me. ac si dicat, Sequamini me verbū meum audiēdo, verbo meo vos submittēdo, sequamini me, credēdo & obaudiendo, crucem suam quīque post me ferendo, mutuā intervos charitatē seruādo. Sequamini ut discatis ex me sacramentum crucis artem longè excellentiorem ea, quam à parente vestro Iona didicistis, nempe, qua in hominum pescatores abibitis, pro pisciculis porro homines pescaturi, non ad necem, sed ad vitam.

Faciam vos fieri pescatores hominum. Non autem nummorum, honorum & beneficiorum, verbi huius meminierint Episcopi, Pastores, & verbi Dei ministri, ut & ipsi pescatores fiant hominum, non censuum, reddituum, nec beneficiorum, ne tanquam asini clitellarum oneribus onusti sub ipsis succumbant. Non enim debet verbi Dei declamator predicare ut edat: sed edere debet ut prædicer, cui ex Dei ordinatione debetur victus & amictus: quod Paulus triplici ratione pulchre declarat.

i. Cor. 9. Qui & de seipso testatur. i. Corint. 10. quod non quæsuerit quæ sibi utile esset, sed quod multis, ut salvi fierent. Item. 2. Cor. 12. sic ait, Non querō vestra, sed vos.

2. Liberi arbitrij obedientis. Nam viso Christo, & auditâ eius voce, mox euestigio relinquent & deserunt nauem, retia & patrem. In qua desertione apparet potentia verbi Dei, quæ adeo est viua & efficax, ut corda auersa à Deo admiranda virtute ad Deum conuertat. Ier. 73. In qua etiam apparet bonitas domini vocantis,

*Animarum  
curatores  
Christi se-  
cutores  
qui debent.*

*Apostoli  
ad quid pi-  
pescaturi,  
missi.*

*Doctrina lo-  
beri arbitrij  
obedientis.*

*Potentia re-  
bi Dei, viua*

*& efficax.*

IN FERIIS

**Bonitas dei** quæ adeo est magna, vt indignos ad se vocet, Ioan. 15.  
**vocantis ma-** In qua desertione tertio apparet natura fidei, quæ cre-  
**gna.** dentes statim intellectu in suum obsequium docet ca-  
ptiuare. 2. Corint. 10. Huc quadrat historia de Eliseo 3.  
Reg. 19. qui quāuis cum duodecim bobus araret, tamen  
quamprimum palliū suum illi inieceret Elias, relictis bo-  
bus currit post eum. Talem quippe obedientiā à no-  
bis Christus efflagitat, vt neque punctum tēporis diffe-  
ramus, etiā si nos aliquid necessarium vrgerē videatur,  
quando nihil cuique charius esse debet animaꝝ suꝝ sa-  
lute. vnde & iuueni petenti à domino vt abiens prius  
sepeliret patrem suum, quamvis interim sepultura pa-  
rentis sit opus pium, tamen respondit, Tu me sequere,  
& sine vt mortui sepiant mortuos suos.

**Matth. 8.**

**Cælum est  
venale.**

Non autem hīc spectandum est lacerum rete, aut na-  
uicula satiscens, sed paratus animus. Multum enim re-  
liqueurunt, qui omnia quæ habebant, vel habere pote-  
rant, deseruerunt. Cælum enim venale est: si multa tibi  
sunt, magno constat pretio: si pauca tibi sunt, parvo pre-  
tio constat, regnum Dei tantum valet quantum habes.  
Nam Zachæus bonorum suorum dimidio, Luc. 19. Vi-  
dua gemino aere minuto, Luc. 21. Discipuli nauicula &  
reti, Matth. 4. cælum sibi compararunt.

**Animi li-  
beralitas  
dei magni-  
ficat.**

**Duplex se-  
quēdi chri-  
stum ratio.**

Dicant hinc pauperes, Deum non magnificare magna munera, amplissimāque dona, sed animi liberalita-  
tem. Hilarem enim datorem diligit Deus, 2. Corinth. 9.  
Piscatores, opifices, ac mechanici omnes sua paupertate regnū Dei sibi poterunt comparare, inō calice aqua  
frigidā potest aliquis mercari regnum cælorū, Mat. 10.

Deinde sequuntur Christum. Est autem duplex se-  
quēdi ratio, corporalis & spiritualis. Sequi autem Chri-  
stum corporaliter non est cuiusvis, sed eorum tantum,  
qui expressum Dei mandatum habēt, vt Abrahami, Ge-  
nes. 12. Petri, Andreæ, Jacobi, Iohannis, Philippi, Matt. 4.  
& Ioh. 1. Sic Christianus quisque cùm propter Christū  
aut eius sponsam Ecclesiam catholicanam Romanam à  
tyrannis vi ab vxore, & liberis, ab agris & ædibus euel-  
litur, & in manus licitorum traditur: nō modò spiritua-  
liter, verū & corporaliter Christum sequi debet.

Sequi autem Christum spiritualiter est omnū Chri-

stianorum, quisque enim piorum eo debet esse animo, vt quando, vbi, & quacunque hora Christus velit, & gloria Dei exigat, sit paratus ac promptus relinquere omnia, & propter veritatem mortem opp̄tere. Talis sequitur Paulus fuit, Philippen.3.

Imitatio tamen spiritualis fieri potest s̄epe sine corporali, ita, & si complures Catholicorum à Turcis capti, corpore captiui detinentur, adeo vt nec templa accedere, nec sacro interesse, nec sacramēta suscipere possint: spiritu tamen Christum sequuntur & amant. Corporalis. Cor. 15. spiritu autem imitatio fieri nec potest, nec debet sine spirituali: ita qui Christiani sunt, quanvis baptizati sunt, nisi tamen spiritu Christum amantes sequantur, sciant carnem & sanguinem in regnum Dei non admittenda. Ideo docet Paulus, spiritu ambulate, Galat. 5. Et caro non prodest quicquam, Iean. 6. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.

Sequunt autem sunt Christum, humilitate & mansuetudine, paupertate, quia reliquerunt propter Christum omnia, pietate & doctrina: pr̄dīcabant enim verbum Dei, passione, cruce, & morte tandem consequuti sunt vitam aeternam. Ita & nos Christum sequentes vitam aeternam consequemur. Admiratur hanc discipulorum fidem B. Gregor. d. Nulla Petrus & Andreas Christum miracula facere viderant, nihil ab eo de premio aeternae retributionis audierant, & tamen ad unum domini preceptum, hoc quod possidere videbantur, obliti sunt. Et quanta nos, inquit, eius miracula videmus, quot flagellis affligimur, quantis minarum asperitatibus deterremur, & tamen vocantem sequi contemnimus. In celo iam sedet, & qui de couersione nos admonet, iam iugo fiduci, colla gentium subdidit, iam mundi gloriam struit, iam ruinis eius crebrescentibus districti iudicij sui die appropinquantem denuntiat, & tamen superba mens nostra non vulnus hoc sponte dimittere, quod quotidie perdit iniqua, I. Timoth. 6.

3 Obedientia doctrina proponitur, quam Andreas & Petrus vocationi Christi praestiterūt. Nam ad primam Obedientia. doctrinam. Christi vocem, omnia negligunt, non curant vxores, non Petrus & filios, non patres, non res, nec rerum suarum iacturam Andreas

I N F E R I S

*ad primam* pertimescunt: sed aliquid magni se inuenisse putantes,  
*Christi vocē* mox absque mora Christū sequuntur. O felices viros, O  
*omnia negli* admirandā obedientiā, O dulces animos, qui ita Christi  
gunt.

sto parent, vt propter eum quem pauperem videbant,  
nec semel ante conspexerant, suas diuitiolas, notos, at-  
que familiares relinquunt, Vnde nostra cōuincit per  
uicacia, atque obduratio, qui ad tot, ac tātas voces Chri-  
sti vocantis per Prophetas, per Apostolos, per Angelos,  
per miracula, per internas inspirations, ad Christum  
venire negligimus, sicut ostensum est ex verbis D. Gre-  
gorij. Sed quare veniunt Apostoli? quia voluerunt: qua-  
re crediderunt: quia visum fuit illis, & vt illis ita videtur,  
Deus in illis operatus est. August. Gratia non tollit  
liberum arbitrium, sed confirmat: perficit, non destituit.

*Et procedens inde* vidi alios duos fratres Iacobum Zebedei &  
Ioannem fratrem eius in navi cum Zebedeo patre eorum.

Suorum do- patti sumptibus. Qui suorum maximē domesticorum  
mesticorum curam non habet, fidem negavit. hinc Eccl. 3. Fili suffici-  
cūra haben- pe senectātē patris tui, & no contristes eū in vita ipsius,  
da. & si defecerit sensu veniam da, & ne spernas eum in vir-  
tute tua. eleemosyna enim patris nō erit in obliuione.  
Vtinam & nostri naūtē non de iniquē partis, aut violen-  
tia extortis, sed de iustis suis laboribus feso enutriant.

*Vidit eos* sarcientes retia sua, & vocauit eos. Pauperes erant:  
& quia non poterant emere noua, reparauerunt vetera.

*Illi autem statim relicti rebus & patre, sequuti sunt eum.*  
Pater quan- Apparet Zebedrum non credidisse, & propterea reli-  
do relinque- querunt eum: Non quōd bonum si relinqueret paren-  
tēs, sed quia fortasse impedimento futurus erat sequu-  
rurus Christum. Vides hīc quando oportet relinqueret  
patrem, nempe, quando obstat virtuti & pietati & Chri-  
stianae religioni. Hieronymus. Per calcatum patrē & ma-  
trem trāsi ad consortū seruorū Christi. Mat. 10. Qui a-  
mat patrē aut matrē plus quā me, nō est me dignus, &c.

Hi quoque vt viderunt priores sequentes Christum,  
merito sequuti sunt & ip̄i, quorum exemplo docemur  
& nos imitari eos & sequi, quos videmus post Christū  
ire. Cum bonis ambula, inquit Cato. Et Apost. Obserua-  
te eos qui ita ambulant sicut habent formam nostram.

*Philipp 3.*

1 Hic primatui Petri, sacerdotalique ordinis, qui pontificie autoritatu est, preludium praemittitur ne tanti poteris res, et hostes habitora certus & us gravissimis auspiciis carere videatur. Aderat namque tempus quo chorum aliquem discipulorum colligeret, quos familiares haberet, & testes omnium qua faceret & dicceret quos tandem in suum locum sufficeret & per quos alios deinceps diceret. hinc apost. Hebr. 2. Quæ cum initium accepissent enarrâdi per dominum, ab eis qui audierint, in nos confirmata sunt.

2 Noluit dominus Evangelij gloriam vilis mundi presidis inquinari, unde non philosophos, non Regum filios, non Phariseos, non sacerdotes, non opulentos elegit aut misit, sed teste Hieronymo, Peccatores & illiterati mittuntur ad predicandum, ne fides credentium non virtute dei, sed eloquentia atque doctrina fieri putaretur, ut humiliemur omnes docti & indocti. Nam que infirma sunt apud homines, fortia sunt apud Deum. I. Cor. viii. 1. Mittuntur non ad capiendo nummos, sed homines.

3 Plenam conversionis & obedientie formam ad Deum, discere Conuersio-  
licet ex his quatuor Apostolis, secundum duas partes institue, de- nū & obe-  
clinando à malo & faciendo bonum. Psalm. 36. Qui etiam occa- dientie for-  
stiones reliquerunt peccatorū, scilicet sua. Matth. 19. Lue. 14. suos. ma.

Luc. 14. Matth. 10. denique sep̄s. Luc. 14. Marc. 8. Matth. 16.

Relictus retribu & patre, sequuntur sunt Iesum.

### IN FERIIS DIVI NICOLAI

#### EPISCOPI EPISTOLA.

**Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis pla-** Eccles. 44.  
**cuit Deo, &c. Finis, Odorem suavitatis.** & 45.

**N** hac Epistola beatus iste Christi confessor de tribus ab Ecclesia magnifice commendatur, quemadmodum olim sancti patres vet. Test. à synagoga commēdati sunt. D. Nicola-  
us à tribus  
commenda-  
tur.

I Primum est veneranda sacerdotalis dignitas, Quæ Tria ad sa-  
notatur cùm dicitur: Ecce sacerdos. Tria sunt autem quæ cerdotale  
ad sacerdotiale munus pertinere noscuntur, videlicet. i. munus per-  
Populum docere: de quo per Ezechielem. 44. dominus  
loquitur, dicens, Sacerdotes populi meum docebunt, tinent.  
quid sit inter sanctum & pollutum, inter mundum &  
immundum, ostendent eis. Et rursum per Malachiam. 2.  
cap. dictum est: Labia sacerdotis custodient scientiam,